

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Politische Urkunden von 1266 bis 1332

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1886

1280 - 1281

[urn:nbn:de:bsz:31-326704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326704)

sibi feceritis exhiberi, extunc continuo bona concivium vestrorum H. Tolewegge et H. dicti Sterne vobis remitti libere faciemus. et sicut petistis, inducias usque ad festum assumptionis beate virginis proxime venturum de residuo indulgemus. quare presentes litteras patentes nostre universitatis sigillo signatas vobis duximus transmittendas.

August 15

S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 17 or. mb. lit. pat. c. sig. inverso impr. laeso. Das Stück gehört seiner Schrift nach in die zweite Hälfte des 13ten Jahrhunderts und dürfte etwa in die Jahre 1270—80 zu setzen sein. Die Sigle H ist mit Henricus oder Hildebrandus aufzulösen, ersterer ist 1274¹, letzterer 1277² als Schultheiß urkundlich nachweisbar. In diesen Jahren erscheint auch wiederholt Konrad zu Rhein³.

80 **80. Bischof Konrad von Straßburg ermahnt den Ordensmeister der Dominikaner Johannes, die Seelsorge des Straßburger Reuerinnenklosters zu übernehmen. 1281 Februar 17.**

Religioso discreto et venerabili viro fratri Johanni magistro ordinis fratrum
 15 predicatorum⁴ Conradus dei gratia Argentinensis episcopus quicquid potest reverentie
 cum sincere plenitudine voluntatis. cum dilecte in Christo filie . . priorissa et
 sorores penitentes extra muros Argentinenses, que, ut publicis probatur testimoniis,
 ad ordinem sororum sancti Sixti de urbe per sedem apostolicam sub beati Augustini
 regula sunt recepte, olim quoque per memorie recolende venerabilem patrem Hugonem
 20 tituli sancte Sabine presbyterum cardinalem tunc apostolice sedis legatum . . priori
 et conventui domus Argentinensis ordinis vestri commisse exstiterant ab eisdem
 gubernande sicque appareat evidenter, ut eedem sorores ratione regule constitutionis
 et commissionis predicti legati spectent ac pertineant ad vestram ac fratrum vestri
 ordinis custodiam et regimen speciale, nunc, prout diligenti inquisitione indagavimus
 25 secundum nostri exigentiam officii, sint omni solatio consilii et auxilii spiritualis et
 temporalis penitus destitute, proinde quod is, qui subjectionem et gubernationem sibi
 vendicat in eisdem, in remotis est partibus constitutus, que quidem sorores magis
 necesse habent cottidiano sublevari auxilio per rectoris presentis sollicitudinem, quam
 quod absentis gubernatoris solacium sine spe remedii inaniter prestolentur, nos, prout
 30 nostrum requirit officium, hujusmodi earum incommoditatibus, dampnis et periculis
 salubre adhibere remedium cupientes, ut deinceps divinis serviciis vacare liberioribus
 valeant animis, vestram providenciam in domino duximus fiducialiter exortandam,
 quatenus pro dei et nostra reverentia curam predictarum sororum vobis assumere et
 eas velitis sub vestri ordinis titulo collocare, fratribus vestri ordinis domus Argenti-
 35 nensis ipsas committendo et mandando, ut eisdem sororibus sollicitudinem talem
 impendant in spiritualibus et temporalibus, qualem claustris sororum vestrarum circa

¹ Rosmann u. *Ens Geschichte der Stadt Breisach* S. 466.

² Schöpflin *Als. dipl. II, 14 nr. 710.*

³ *Vergl. Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. XIII, 49; Rosmann u. Ens, Schöpflin l. c.*

⁴ *Johannes de Vercellis, vergl. Mon. Germ. SS. XVII, 211.*